

DUBIUM 12.

An saltem vesci valeat ovis et lacteiniis?

R. Ad 11. et 12. Permittitur ex speciali Sanetitatis Suae indulto, ut ii qui privilegio Bullae Cruciferae legitime fruuntur, ovis et lacteiniis tantum in ieiuniis pro hoc Inbilaco praescriptis uti possint, servata in ceteris ieiunii ecclesiastici forma.

Datum Romae e Sacra Congregatione Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 10. Iulii 1869.

A. CARD. BIZZARRI PRAEFECTUS

Pro R. P. D. Secretario

*Dominicus Darra Pro-Substitutus.*

II.

*Ex Decrto S. Rituum Cong. die 3 Julii 1869.*

*Dubium VIII.* An Collecta de Spiritu Sancto debeant omitti in diebus primae et secundae classis?

*Resp. Negative;* et in festis primae classis dici debet sub unica conclusione; in festis vero secundae classis, cum propria conclusione.

III.

QUEBECEN.

Rmus Dns Franciscus Baillargeon Archiepiscopus Quebecen. Sacrorum Rituum Congregationi sequens exhibuit Dubium, minirum. "An in Parochia, in qua praeter Parochium nullus est alius Sacerdos, si in diebus Sancti Marci et Rogationum et in Vigilia Pentecostes occurrat Sepultura quae anticipari vel diffiri non possit, facienda sit Sepultura sine Missa Defunctorum; vel potius emittenda funeratio dici; aut sa tem Missa hujus functionis ut Missa pro Sepultura celebrari possit?"